



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

43. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

230 REGINONIS LIB. II.  
cursus finitus, communicandi ei licentia concedatur, & equitandi tribuatur remissio. Maneat autem in reliquis observationibus tres dies per hebdomadam, ut perfectiùs purificari mereatur.

De eadem re. *Ex Concilio Mogunciacensi,*  
*cap. XXIV.*

Concil. Mogunt. sub Rabano c. 24.  
Burchard. lib. 6. c. 7.

XLIII. Qui Presbyterum occiderit, duodecim annorum ei pœnitentia secundum canones imponatur; aut si negaverit, si liber est, cum duodecim juret; si autem servus, super duodecim vomeres ferventes se purget. convictus noxæ, usque ad ultimum vitæ tempus militiæ cingulum deponat, & uxorem amittat.

De eo qui Presbyterum degradatum occiderit. *Ex eodem Concilio.*

Concil. Mogunt. sub Rabano c. 25.  
Burchard. lib. 6. c. 9.

XLIV. Nuntiatum est nobis quod aliqui qui olim dixerunt se fuisse sacerdotes, & postea degradati pro suis peccatis pœnitentiam agendo suffragia sanctorum, per diversa loca transeuntes, quæsierunt, trucidati sunt. Hujuscemodi intersectoribus omnem ecclesiasticam denegamus communionem, donec dignam pœnitentiam pro reatu suo secundum iudicium Episcoporum exsolvant.

De homicidiis Clericorum. *Ex Capitularium*  
*lib. III. cap. XXV.*

XLV. Qui Subdiaconum occiderit, CCC. solidos componat. Qui Diaconum, CCCC. Qui Presbyterum, DC. Qui Episcopum,